



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Petrus Romerus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

*Euchar.**Mortific.*

rum linteolum lachrymis
adeò affluēter perfundebat,
vt postea cadentes pias la-
chrymas strophiole excipe-
re iuberetur. Cænæ loco
ibat ad SS. Eucharistiæ Sa-
cramentum; & ibi cænæ tē-
pus omne orando ducebat.
Vix intra biduum semel (id-
que præparcè) vescebatur.
Vini autem portionem ne se-
nex quidem admisit.

*P. Petrus Romerus.**Hispanus.*
apud Ita-
*lines.**22. Mart.*
1645.
*ætat. 60.**Fides.*

In Paraquaria puicherri-
mos labores maximo egre-
giæ operæ pretio exantla-
uit. Missus ad Itatines In-
dos, ibi ab irruentibus In-
dis alijs, macanâ, seu clauâ
lignâ, in humero validè
percussus, Iesum clamans,
in capite demum istus con-
cidit. Inde illi euulsa præ-
cordia; & præciso iugulo
lin-

lingua extracta.

Matthæus Fernandez. *ibid.*

P. Petri socius, & interpres, vnâ cum illo ibi contrucidatus.

P. Albertus Mescinski.

Romæ in tirocinio de Beatissima Virgine sæpè, ac mirâ rerum affluentia sermonem ferens, nouas illam augustius colendi artes afferebat in medium. Cubiculum ingressus, vel egressurus, facie ad S. MARIE Maioris (quod propè abest) tēplum conuersâ, eam venerabatur; Nouitijs exemplum imitatis, vt ferè id fieri amat. Cùm luculentâ hæreditate Societatem in Polonia iuuisset; *Iam, inquit, nihil habeo, nisi sanguinem quem dem Deo meo.* Et dedit; quando, post insigne studium in animarû

Polonus.

Nangasachi.

23. Mart.

1643.

etat. 42.

Soc. 22.

B. V.

vti-